

oculis nihil lumina vident; etenim vident Deum, quasi nulla & nullibi essent. Succinat Arator in *Art. Apost. v. 709.*

Disceit de corpore lapsa
In mentis iam stare gradu. Cùm lumina clauduit,

Pectora tunc aperit, cœlique agnoscitur
Auctior

Arat.

Discedente die. Quantum meruerit tenebra
Post oculos maiora videt. *Mirabile factis*
Exemplum dedit alma fides

Exemplum utique & mirabile: quandoquidem quid non gloriæ in regia cœli, si ita in corpore?

DIDASCALIA XII.

S. Benedictus omnium iustorum spiritu plenus.

Gregor. Magn.

Cur nascente Benedicto miratur mater?

Cur plauditur uti Sol?

Dionys. Leb.

Omnia ebarissima in Benedicto.

Man-tuan.

Astruit Gregorius Magnus ubi *supr. cap. 8.* Sol nascitur, & aurora perit. Perit oriente Benedicto mater Abundantia. Astruitur Sol, evanescente aurora. Cum Sole aurora non est. Nascitur Benedictus ut Sol. Fecit Deus auroram & Solem, ut post lumen amplius confluerecet lumen: cœterum simul non sunt, quia supervacua quælibet lux, ubi Sol. Sol est, quia solus & omnia. Quæ divisa cæteros beatos efficiunt, tenet collecta: quandoquidem tantus erat in eo maximarum rerum habitus, ut quasi temperamento quodam unum rutilaret virtutum diversum genus; eò modo quo pictor ex plurimis speciebus speciosa legit, & diversas oris gratias in unum colligit, uti fecit Zeuxis in florida pictura Lacinie Iunonis.

Iunonis, diva digno cum effrigere vultus
Vellet, & exactum reddere pictor opus.
Ex Agrigentinis selectas quinque puellas
Ante oculos fertur proposuisse sibi.
Quarum imitaretur forma quos nosset honores,

Una in quaque magis quodq̄ nitere decus.
Ita Dionysus Lebeus *Embl. 54.* Ceteri iusti quasi radij Solis, mundum varijs virtutibus illuminantes, orbem illustrarunt: Benedictus verò uti Sol, unus pro cunctis.
Nen tam multiplici Divorum munere, non tot Delitijs, non tam grato Pandara decore
Claruit, *Astrœa tunc celebrata Poëta.*
Speciebat Mantuanus lib. 1. *Parthen.* Omnia speciosa in Benedicto lucent. Cuncta splendent: igitur omnium iustorum spiritu plenus, omnia solus.

Benedicam tibi, erisque Benedictus: dicit Dominus Abrahæ. Quid, si Domini efficax benedictio, signat huiusmodi benedictionis geminatio? Quòd Abrahæ sit in benedictiones multas: astruit Maluenda. Ex multis benedictionibus, iustis à Domino concedendis, vel concessis, plenitudo coallescit benedictionis: & Abrahæ destinatur in benedictiones multas; ut eius constet felicitas, & Domini generositas: quandoquidem non magnum, quod magnus virtutibus esset; ni per quas alij magni, cunctorum cunctas habuisset. Apè cadit quod ex Marco Monacho canit in Benedicti laudem Ecclesia:

Abraham sub uno
Pectore claudit.

Igitur quicquid magnum Abraham fecit, insigniorem Benedictum construxit. Fulsit non solum virtutibus magnus, sed virtutum omnium plenus.

In portentum orbis natus: dicit Bruno, uti vidimus *Didasc. 4. num. 2.* Cur uti prodigium factus est multis, & hominem miratur plenus hominibus orbis? De Sacramento Eucharistiæ profert Angelicus Doctor Opusc. 57. *Figurarum veterum impletivum, miraculorum ab ipso factorum maximum.* Magna enim fuit mirabilia Domini, sed unde huic miraculo nomen maximi? Ab exordio mundi miraculis insignibus eius plena lucent sacra pagina, prodigijs ac portentis rutilant folia: quare igitur Eucharistia dicitur prodigium inter miracula maximum? Signat Platces: *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus: escam dedit timentibus se.* Panem Dominus sæpe ad manducandum dedit, & panem de cœlo, in quo omnipotentia rutilavit magnitudo: verum huiusmodi victus unicum erat miraculum, nihil amplius. Sæpe miraculose potum sitienti populo dedit; cæterum singulare miraculum tantum exhibuit. Mirum omnino Manna: subcineritius panis Eliæ, vas etiam aquæ, & alia plura. Hæc omnia magna, at in Eucharistia omnia: inæquè dicitur miraculorum maximum, istiusmodi singulare sacramentum, quia in illo fecit memoriam mirabilium suorum. Plura miracula visa fuerunt, & à Domino ostensa: verum erant miracula, & miraculorum signa, & quousque veniret, qui in unico miraculo amanter compleret omnia: meritoque augustum sacramentum miraculorum omnium dicitur maximum, siquidem coruscet miraculorum figurarum omnium veterum impletivum.

Accidit, dum sacra offerret Patriarcha
N. Be-

Gen. 13

2.

Maluèd

Marc. Monach.

Omnium iustorum spiritu plenus, Bran.

Prodigium orbis. D. Th.

Psal. 101. 4.

Cur Eucharistia miraculorum maximum?

Hauber

Favor singularis Christi. S. benedictum.

Quomodo Christi corpus corpus benedicti

Cur confortatur Moyses in quos Nunc. 11. 7.

Sap. 7. 22.

Spiritus Benedicti unicus, & multiplex.

N. Benedictus (uti refert Haubertus in *Chron.*) dicenti consecrationis verba, *Hoc est enim corpus meum:* quòd Christus respondit: *Imò & tuum & Benedicti!* Non hyperbolica locutio est, eisdè non intelligenda per æqualitatem, sed per similitudinem: non per naturam, sed per gratiam respectu excellentiæ perfectionis. Unde Paulus 1. ad Cor. cap. 6. à v. 15. *Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? An nescitis, quoniam qui adheret meretrici, unum corpus efficitur? Brunt enim (inquit) duo in carne una. Qui autem adheret Domino, unus spiritus est.* Optimè proposito exposuit (uti vidimus *Tautolog. 2. Didasc. 3. num. 11.*) N. Ioann. à Callannia in simili gratia Gertrudi Magnæ à Christo concessa, dicens: *Nec iam duo corpora & unus animus, sed unus homo in unum corpus, unaque spiritum commixti sumus.* Videndus D. Thomas 1. 2. quæst. 28. art. 1. & 2. Corpus proprium vocat Christus corpus Benedicti, ob unionem gratiæ. Magna gratia: verum quare corpus suum dicit Benedicti in Eucharistia? Ut coniter Benedicti perfectio exposito Sacramento augusto, inter miracula maximo: igitur aptius demonstratur homo plenus spiritu omnium iustorum; ubi figuratur sacramentum, in quo cunctorum fit memoria mirabilium. Cur non erit portentum orbis, qui cunctis gaudet dotibus, per quas homines vel singulis sunt insignes? De præcipuis Conditor præcipua legit, ut unam ex pluribus formam Benedicti mirabili dispositione componeret. Deus omnium est artifex, Benedictus omnium habet virtutem.

Iurè igitur, uti alter Moyses extollitur à Div. Thoma 1. de illo: etenim habuit solus excellentiam spiritus in Legislatoris munere; per quam & non totam, septuaginta duo viri facti sunt magni. *Est enim (in Benedicto) spiritus intelligentia, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoquinatus, certus, suavis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat, benefaciens, humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, & qui capit omnes spiritus.* Singula nequeo percurrere, sacra Didascaliarum brevitate: vide igitur aliqua parallela apud N. Heften. in *Vit. Patriarch. cap. 8. à num. 13.* Nihilominus tamen considerandum est ly *Unicus & multiplex.* Quomodo multiplex spiritus simplex? Multiplicitas numerum format, unitas denegat: quò igitur ingenio, dum patet contradictio, spiritus Benedicti erit multiplex & unicus? Quia omnium iu-

Tom. II. Taut.

storum spiritu gloriosè plenus. Unicus, quia singularis: multiplex, quippe habuit, quem habuerunt omnes. Unicus, quoniam ipse solus ob felicitatem: multiplex omnium amplectens virtutem. Plaudatur ergo uti homo unicus, qui omnium virtutibus plenus: siquidem continet vita, ut compendium sanctitatis, quæ singula dona homines formant felices.

De mensa oblata Domino à Iustiano, Constantinopoli in templo S. Sophiæ, refert Baronius Anno Christi 557. *Constabat auro, argento, omnisque generis lapidibus, lignis, metallis, omnibusque rebus, quas terra fert, mare & aperius mundus. Ex omni materia pretiosa plura, meliora, posteriora collegerat.* Huic dono Nicol. Causinus lib. 11. *Parabol. 1.* epigraphe scripsit: *Unum pro omnibus.* Ecce mensa Eucharistiæ, ubi omnia bona concessa homini: siquidem constat sacrum arcanum universis mirabilibus, unam pro omnibus. Symbolum etiam videor mihi videre spiritus unius multiplicis Benedicti: etenim ut canit qui *supr.*

Quicquid antiqui cecinere Vates,
Quicquid æterna monumenta legis,
Coninet nobis celebranda summi
Vita Monarchæ.

Signaculum similitudinis vocatur rex Tyri, sed *Iranice:* insit Sanctius hic: igitur sibi blandiebatur in se cogitans cunctorum perfectionem, qui nec in ulla ullam habebat similitudinem. Similitudo est, ubi aliqua inest perfectio, sed non omnimoda: signaculum, si rutilat perfectionum excellentia, quasi in unum collectæ pretiositates, & momenta æstimationis: uti sequitur, *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum: sardius, topazius, & iaspis, chrysolithus & onyx & beryllus, sapphyrus & carbunculus, & smaragdus: aurum operi decoret tui.* Hand singularis quilibet lapillus, quantumvis pretiosus. Singulare omnino, quòd in uno inveniretur universorum perfectio: etenim ultra omnem æstimationem, si contingeret pretiosorum cunctorum pretiositatem: mereturque plausus, dum unum pro cunctis fama loqueretur opus.

Hæc sibi affectabat Tyrius Princeps, quæ reverè tenuit Monachorum Patere. Virtutes sæpe in Scriptura designantur per gemmas, quippe in virtutibus latet vera pretiositas. *Exod. 28. à num. 17. & Apocal. 21. à num. 19.* Similitudo signaculi esset spiritus Benedicti, si haberet in sanctitate splendorem iaspidis, onychis, aut chrysolithi: & non dicitur similitudo signaculi, sed signa-

Dd

Mensa ex nobilitate pretiositate. Baron.

Causin

Symbolum Eucharistiæ

Et Benedicti.

Ezech. 28. 12.

Ver. 11

Singularis gemma.

culum infigne similitudinis, quoniam ibi centum omnimoda perfectionis. Mensa insignis lux et pretiositate virtutum gemmarum, ut esset unus pro multis. Aurum opus decoris: & omnis lapis pretiosus operimentum; quippe plenus spiritu omnium iustorum. Habet ergo Benedictus pretiositatis, quicquid iusti continent splendoris.

8 Organum spiritus Sancti, plauditur à N.P. Damiano Epist. 13. cap. 6. Tubis in Ecclesia conferuntur alij, alij verò citharis, & ceteris musicis instrumentis; ut placuit Iliodoro Pelusota lib. 2. Epist. 176. Organum autem vocatur tota Ecclesia, quippe ex diversis concordibus discordibus vocibus resultat armonia: organumque Spiritus Sancti designatur in Protoparente Benedicto; quia nulla virtutis vox nec gravis, nec subtilis, nec reflexa, que non invenitur in huiusmodi organo. Scientiam habet vocis qui continet omnia: igitur virtutis auditur vox, prout unquamque vult. Ex septem Planetis dicit Plinius lib. 2. cap. 22. Septem tonos efficit, quam diapason armoniam vocant, hoc est univrsitatem concentus. In ea Saturnum Dario moveri, Mercurium phongo, Iovem Phrygio, & in reliquis similia. Veteres gravei tonum dicebant Dorian, medium Lydium, acutum Phrygium; id est, summum, medium, imum: qui quidem Saturno, Mercurio & Iovi, varius seu flexus Lunæ, copulatus Veneri, exrextus Marti, atque plenus Soli. Quilibet iustus est vox in organi concentum, armonia dulcium virtutum: sed Benedicti Spiritus conformatur in organum; quippe omnium habens virtutem; omnis ostendit numeris musicæ univrsitatem. Ceteri iusti habent vocem, verum non vocis scientiam; quoniam illis datur spiritus ad mensuram. Singulis datur singularis gratia: sed Benedictus scientiam habet vocis, quia continet omnia. In alijs est vox scientiæ propter dulcedinem consonam singularis virtutis: verum in Benedicto refidet, ac splendet scientia vocis; igitur virtutes que in singulis armonice sonant, in illo mirifice simul tamquam in organo resonant.

9 Si memoria iustij musica, Benedicti musices recolatur memoria: Qua est ista que progreditur quasi Aurora consurgens (Ambrosius: Sonans) pulchra ut Luna, electa ut Sol. Hanc animam non tantum beatam filia Sion predicarunt, sed & beatissimam. Quare igitur dum canit, Soli & Lunæ canentibus confertur, & ob tonos beatissima predicatur? Quilibet virtus habet vocem, & dulcem & sonoram: verum sin-

gula voces haud construunt musicam, que constat ex copula singularum in artem, cum debeat voci sue alteram dare vocem. Sonat in celo Luna, sonat & Sol: & ubi virtutibus sonat anima quasi vocibus Lunæ, & Solis; extollitur fumme felix: igitur perfectionis & beatitudinis summa, quod invenitur in unica, tota virtutum armonia. Haud ita predicabilis esset, ni singulariter virtutibus rutilaret: & assimilatur vox eius voci Lunæ, & voci Solis; quoniam in illa simul videtur, quod lucet in singulis.

10 Deinde, beatissima predicatur, dum eius virtutum lux corruferat uti Aurora, Luna & Sol. Esset beata, si uti Aurora, aut Luna rutilaret. Esset beator, modò instar Solis fulgeret: & beatissima predicatur merito, dum ita virtutum fulguratur magnitudo; quandoquidem vel in perfectione summum, in illa sola inveniri omnium splendorem luminarium.

11 Pari cursu viam virtutis cucurrit Beatissimus Pater Benedictus. Plauditur ut stella matutina, ut Luna plena, ut Sol refulgens. Totum simul? Utique. Summa Benedictus gaudet felicitate. Alla claritas Solis, alia claritas Lunæ, & alia claritas stellarum. Imò stella à stella differt in claritate. Iuxta perfectionem virtutis, erit claritas splendoris: ceterum uti stella, Luna, & Sol describitur Benedictus; quippe omnium iustorum spiritus, atque claritate plenus. In perspectiva quandoque mirum, quòd stella diverso situ resplendet Luna, verum dum variatur lux, apparet Sol. Si iuxta claritatem astrorum, claritas innotescit virtutum; mirans iure perfectionem, transiit visus in Benedicto à claritate in claritatem: igitur in eadem eius tabula cordis, omnium virtutum celebrantur imagines.

12 Alia rimor. Gutte que manant è rupe Sublaci in panchrestam omni populo à Monachis Casinensibus vocantur Manna. Haud arbitror huiusmodi epithetum propter cunctis morbis meladam univrsalem; sed propter designandam omnigenam Benedicti virtutem. Manna, ad quod quisque volebat, convertebatur, deservens uniuscuiusque voluntati: & in Manna istar signum perfectionis Benedicti; quippe ob virtutes preclaras, feliciter pater quicquid uniuscuiusque cogitaverit voluntas. Alij quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ: alij autem sermo scientiæ secundum eandem Spiritum: alteri fides in eodem Spiritu: alij gratia sanitatum in uno Spiritu: alij operatio virtutum: alij prophetia: alij discretio spirituum: alij genera linguarum: alij

Et unu pro unu.

Pet. Dam. Organum Spiritus Sancti.

Sap. 1. 7

Musica colorum

Et voces iustorum univrsita.

Cant. 6. 9.

Ambros.

Verf. 8.

1. Cor. 12. 11. alij interpretatio sermonum. Dividit singulis Dominus prout vult: sed summa perfectio est; si luceat in uno cum novitate splendoris, quicquid splendet in singulis. Magna quidem & commendabilia singula. In Benedicto maiora: etenim in illo, ut stapeat tot virtutibus mundus, hæc omnia operatur unus atque idem spiritus. Manna est, & est quoddamque homo vult. Singulorum narratione supersedeo. Præter studuerit voluntas, lucebit claritas. Si voluerit, erit stella matutina, erit Luna plena, & erit Sol: Quid mirum omnia, si voluntati obijcitur ut Manna? Vide Tautol. 8. Didasc. 4. n. 15.

13 Beatissima; ut vidimus, predicatur anima sancta: sed unde huiusmodi gloria? Que est ita (dicitur) que progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut Luna electa ut Sol? Laus eximia, & celebrantium admiratione plena: ideo aiunt stupentes: Que est ista? Idem dixerunt accipientes Manna. Quid est hoc? Haud dispari forma plauditur anima undequaque perfecta. Iuxta genium hominis sunt acceptiores æstimabiles virtutes: & nequaquam anima perfecta virtutibus esset; ni in illis esset, quicquid voluntas voluisset: diciturque simul Aurora, Luna, atque Sol; ut singulis, præter cogitaverint, sit: siquidem excellentiæ singularis ac dignæ admirationis; quòd qui Auroram voluerit, inveniat Auroram: qui Lunam pulchram, Lunam: qui ampliore perfectionis plenitudinem, inveniat etiam lucidissimum Solem. Hæc Beatissima anima: sed que, vel cuius est ista? Benedicti Patris in qua omnium iustorum inveniantur virtutes. Ergo miremur, quem satis celebrare non possumus. Numquam satis. In illum quasi.

14 Cur dies creationis primus non dicitur primus? Sed unus, vel unicus? Factum est vespere & mane dies unus. Quare igitur si sunt reliqui, non est principium numeri, & signatur à Moysè quasi non fuissent & ceteri? In illo recapitulatur creatio: inquit Eucherius hic. Plura & speciosa creanda, sed visa iam omnia: & dum primum describit Moyses diem, plaudit ut unicum; quippe in illo designaverat perfectionem ceterorum. Recapitulatio proprie non faciendorum; sed factorum est: & antequam fiant, in primo die recapitulatio fit; quoniam in primo ceterorum speciosiora lucerent, quamvis reliqui non fuissent. Unus cum reliquis numerum facit, verum non ad reliquos ordinem dicit. Ad unum profectò reliqui, ob ratio-

15 Facile fiet Regularum seu Religionum collatio, si huiusmodi argumentum inesse uti institutio: quandoquidem in Apologia ad Guilielm. ait Bernardus: Ordo Benedicti, qui primus fuit in Ecclesia, imò à quo (scilicet quoad sublimitatem perfectionis) cepit Ecclesia. Ergo nostro proposito. Primus fuit, licet non tempore, ordine, S. Benedictus: & qui primus, merito plaudendus ut unicus; quoniam omnium iustorum fuit spiritus plenus. Magni cuncti, sed Benedictus maior. Magni virtutibus, signis, miraculis: & Benedictus maior, quia habet, que lucent in singulis: celebrato uti orbis portento, dum tot insignia considerantur in uno.

16 Contemplerur in excellentia Benedicti, quid accidit mercatori cælesti. Querebat hic anxie bonas margaritas. Bonas. Num margarite mala? Utique. Sunt ait Plinius lib. 9. cap. 35. lucentes margarite, que speciem tantum habent, sed inflant sine corpore. Symbolum clarescunt huiusmodi margarite, degentis in religioso habitu, improbi Monachi: igitur dum se sequitur, & sæculi vanitatem; dumtaxat habet pretiositatis speciem. Margarite sunt, sed malæ. Margarite institutione, verum malæ splendoris specie: quippe profectò pravitatis, modò abfuerit ab illis institutionis pretiositas. De hoc iam egimus latè Tautolog. 2. Didasc. 8.

17 Querebat negotiator bonas margaritas. Invenit, quas querebat. Inventa autem una pretiosa margarita, vendidit omnia, que habuit, & emit eam. Perpende ly Pretiosa. Non tantum pretiositas, sed summa pretiositas comitatur margaritas. Principium, culmenque omnium rerum pretij, margarita tenent: ait Plinius ubi audum. Quare igitur dicitur pretiosa, ubi eritate supponitur margarita? Omnes pretiosæ sunt: & quod emit, pretiosum plaudit negotiator margariton, quoniam in uno pretiositas omnium. Omnia dedit, cum

Tom. II. Taut.

Tota virtutum armonia

Et splendor astrorum.

Eccl. 50. 6.

Omnium virtutum ima go.

Cur gutte rupis Sublaci vocantur Manna?

Magnu, quod omnium per factio fulgea in uno.

nem numeri: & unus dicitur in præstantia perfectionis, qui primus debebat dici cum reliquis; etenim minus quam par erat, plauderetur, si qui unicus, cum ceteris ut primus numeraretur. Alium habebit ordinem & formam, cuius nullus illius, & ille omnium demonstrat excellentiam. Si in quolibet die aliquid fulsit magni, in primo sanequam omne: qui iure non dicitur primus, sed unicus; ut magnitudinis tantæ rutilaret decus: igitur magnum, collato opificio, & cunctorum dierum singulari miraculo, quod omnium perfectio inveniretur in uno.

18 Contemplerur in excellentia Benedicti, quid accidit mercatori cælesti. Querebat hic anxie bonas margaritas. Bonas. Num margarite mala? Utique. Sunt ait Plinius lib. 9. cap. 35. lucentes margarite, que speciem tantum habent, sed inflant sine corpore. Symbolum clarescunt huiusmodi margarite, degentis in religioso habitu, improbi Monachi: igitur dum se sequitur, & sæculi vanitatem; dumtaxat habet pretiositatis speciem. Margarite sunt, sed malæ. Margarite institutione, verum malæ splendoris specie: quippe profectò pravitatis, modò abfuerit ab illis institutionis pretiositas. De hoc iam egimus latè Tautolog. 2. Didasc. 8.

19 Querebat negotiator bonas margaritas. Invenit, quas querebat. Inventa autem una pretiosa margarita, vendidit omnia, que habuit, & emit eam. Perpende ly Pretiosa. Non tantum pretiositas, sed summa pretiositas comitatur margaritas. Principium, culmenque omnium rerum pretij, margarita tenent: ait Plinius ubi audum. Quare igitur dicitur pretiosa, ubi eritate supponitur margarita? Omnes pretiosæ sunt: & quod emit, pretiosum plaudit negotiator margariton, quoniam in uno pretiositas omnium. Omnia dedit, cum

Bernard

Cur hæc medius orbis mira raculit?

Marth. 13. 45.

Pravus Monachus margaritæ fac.

Verf. 46

Plinij

DD 2 55

essent pretiosa omnia, in oblationem estimationis, atque demonstrationem voluntatis. Iuxta pretium, quidlibet estimandum. Summe summum: pretiosaque inter pretiosa dicitur margarita; quippequam in illa omnia. Observa: Una pretiosa margarita. Si margarita est, una est, & pretiosa est: & merito dicitur margarita pretiosa; quoniam summe pretiosum, quod cuncta pretiosa invenirentur in una. Omnia dedit, ut unam sibi propositum compararet. Ad quid cuncta, dum in una habebat omnia? Omnia dedit, & nihil emptione amisit: igitur una gaudebat momentis, quae rutilabant in singulis. Magnam sane pretium. Magnum utique quarentis studium, quod secuta fuit felicitas; ubi in una margarita cunctarum mirè continebatur pretiositas.

Pretiosa est margarita in qua cuncta pretiosa.

Benedictus margarita pretiosa.

Genesi margaritarum.

Plin.

Quantum studium in Novissis imbuenda?

18 Hanc pretiosam margaritam arbitrator Benedictum: igitur ipse ob pretiositatem virtutum emicat compendium opum. Momenta à pretiositate pendunt: & non solum est pretiosa, quia pretiosa; sed quia propter Spiritus plenitudinem, gemmarum omnium habet pretiositatem. Plenus iustorum spiritu rutilat Benedictus: at inquirens, unde & quomodo plenus? Margarita rationalis rutilat eius anima. Contemplantur quomodo fiat margarita pretiosa.

Modus exactè describitur a Plinio. In mare sunt, ceterum eis maior est societas caeli, quam maris. Quadrat ad unguem: siquidem Benedictus vel in corpore carnis, in terris positus habitabat in caelis. Has ubi genitalis anni stimuloerit hora, pandentes sese quadam oscitatione impleri roscido conceptu tradunt: gravidas postea enitti, partumque concharum esse margaritas pro qualitate roris accipit: Si tempestive fatientur grandescere & partus. (Observent quiqui curam in Monasterio tyronum habent, ut tempestive caelesti doctrinae rore fatientur: igitur licet semper sit semen verbi Dei caeleste; nil prodest, si intempestive ab occasione pendet, à roris aviditate, & magistrorum forma, quod partus grandescant, vel evanescant. Retorqueatur Horatius lib. 3. Carm. Od. 6. v. 45.

Damnosa quid non imminuit dies! Aetas parentum peior avo, tulit Nos nequiores, mox daturos Progeniem vitiosorem.) Si fulgeres, comprimi conchas, ac pro icinij modo minus: Miror ipso tantum eas caelo gaudere: Multo deinde obrutas sale in vasis scilicet erosu carne omni, uniones decidere in ima. Hæc Plinius ubi supr.

19 Ferè in omnibus, ut micaret gemma pretiosa anima Benedicti, studuit margaritarum formationi. In specu Sublaci tantum gaudebat caelo, & ibi quasi in concha sese pandens, oscitatione crebra impleri cupiebat conceptu roscido, scilicet cælestium; ut satiata tempestive grandesceret partus margaritarum: quæ quidem apparuerunt & in vasis scilicet sale mortificationis obruris unionibus, duris flagellis erosa carne corporis, & exutis carnis, qua induebatur, vestimentis. Hic fuit formationis modus, ceterum ad plenitudinem longè alius. Margaritæ magnitudo minuitur pro icinij modo dicit Plinius: at in Benedicto pro modo icinij crevit margaritæ corpus: igitur concha quò vacua carnis, eò plenior roris caelestis. Canit vel Ethnicus ubi dudum, Od. 16. v. 21.

Quantò quisque sibi plura negaverit, A Dijs plura feret.

Ex rore caelesti margarita fit materia: quò plus accipit roris concha, eò pretiosior, atque corpulentior margarita. Ut summa sit plenitudinis, dilatentur spatia charitatis: igitur dum caro mortificatione comprimitur, & sale penitentia eroditur; cor harum tribulatione ad uberiorem rorem, effectum vacuitate dilatatur. Nihil carnis Benedictus ex carne habebat: & cum margaritæ corpus constet ex spatiorum vacuitate forma; nasciscens Benedictus præ cunctis affectionum vacuitatem, habuit omnium iustorum spiritus plenitudinem.

20 Supereminetior via demonstranda est in cacumen perfectionis virtutis: igitur Scire oportet supereminetior scientia charitatem. Ad quid ergo huiusmodi scientia? Dicit Apostolus: Ut impleamini in omnem plenitudinem. Implexa sanè perodus. Si pleni sunt in quam plenitudinem tendent? In omnem? Ergo non habebant plenitudinem. Quo ergo ingenio erant pleni, ut impleantur; cum impleri non possunt, qui iam pleni? Quia gratia habent spiritum plenum, sed non præut possunt. In plenitudinem plenam requiritur scientia, qua animæ, ut plena impleatur, dilatentur spatia. Quasi rore caelesti, ut coaguletur in margaritas, impleantur oscitantes hominum conchæ; verum plenæ non sunt plenæ, quippe omnino non sunt vacuæ: igitur quæque loca occupant carnis affectiones, nequeunt esse gratiarum plenitudinis. Sunt enim gratia vasa cordis plena, ceterum non plenæ gratia: siquidem quicquid indulget affectui, subtrahi animus plenitudini gratia. Vasa sunt plena, sed vacua; quia simul

Horat. Unde in Benedicti Spiritus plenitudi

Horat.

Summa vita austeritas.

Ephes. 19.

Ibida

Cordasof sunt esse gratiosa, sed non plenè gratia.

vilia & pretiosa. Modus huius supereminetioris scientia, est separare pretiosum à vili; ut occupet ros caelestis quicquid affectus possederat carnis. Evacuata omni affectione carnæ, erit plenitudo plena; quoniam cum illa licet sit perfectio, non est omnis plenitudo: & Paulus evacuare homines iubet, quodcumque veteris hominis; ut vacificentur omnes in omnibus plenitudinem. Intelleges modo, cur Virgo virginum saluetur ab Angelo, Gratia plena, & plenè gratia. Ita quia comprehendit hominum & Angelorum perfectionem, gratiarum omnium plenissimam plenitudinem; & quia tantum habuit carnis, quantum opus erat, ut esset humana, vel carne non conferret divina.

Unde erit gratia plenat

Luc. 1. 28.

Maria gratia plenissima.

Gregor. Magn. Benedictus in passionibus vacuus. Zachar.

2. Petri. 2. 8.

An possint homines esse vacui, & una cum fructu, dum dicit velus Petri, Nec sine fructu, nec vacui? Sanè possunt. Benedictus astruit, quod Petrus meditante supponit: igitur in eo virtutum omnium mirabilis fructus, quoniam omnino passionibus vacuus. Habuit ergo præ ceteris ad receptionem roris, capacitatem; & adeptus est omnium iustorum spiritus plenitudinem.

Plenus quia vacuus.

Gen. 27. In illo perfecta non plenitudo.

2. Cor. 6. 11.

23 Dilatet Deus Iaphet: fuit benedictio Noëm in filium circumspæctum. Potius videtur comprehendere Benedictum. Iaphet sonat dilatationem: quam pater dilatari cupit, dum meliora & perfectiora eligit: igitur videtur mirè dilatata dilatatio, dum in illo coruscet perfectionum plenitudo. Magnum habemus Patrem, qui nos amanter alloquitur tum in vitâ, cum in Regula: Or nostrum patet ad vos. Cor nostrum dilatatum est. Non angustiamini in nobis: angustiamini autem in visceribus vestris. Eandem autem habentes remunerationem (tamquam filijs dico) dilatamini & vos. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitia cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conventio Christi ad Belial? Aut quæ pars fidei cum infideli? Qui autem consensus templi Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei vivi. Ergo dilatetur, ut impleamur. Si angustantur vasa carnis, dilatentur sinus in cumulum perfectionis. Habemus enim & præclarum exemplum. Dedece esse degeneres, dum illius accipimus spiritum adoptionis. Sol lucidissimus est. Magna vel caecutionibus lux: quandoquidem Benedictus in medio iustorum residens.

Complectitur omnia.

Virgil.

21 Quid de Benedicto proportionaliter dicam? Omnium iustorum spiritu plenus fuit: astruit Gregorius. Verum quomodo ita plenus? Fuit passionibus vacuus: ait Zacharias Pap. ut vidimus Didasc. 4. num. 2. & latè exponemus Tautolog. 6. Didasc. 4. num. 11. Potest esse plenitudo, at cum passionibus non est plenitudo omnis, quoniam quicquid spiritus, occupat affectio carnis. Nil plene plenum, si plene non vacuum: igitur iuxta vacuitatem passionum, est plenitudo gratia, caelestis roris, in corpus margaritarum: & omnium iustorum spiritu plenus, extollitur Benedictus; quoniam ut in omnem impleteret plenitudinem, nactus est adhuc mortalis affectionum vacuitatem.

22 Non vacuus nec sine fructu (ait Petrus) constituit charismata homines in cognitione Christi. Epexegetis est, seu Axiologia, qua prima exponitur secunda sententia, ut diximus in Prolog. Galeat. 9. 4. num. 12. Hoc litterale: sed inquirendum modo,

Complectitur omnia Phœbus.

